



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

caput decimum. De seditiosis praedicantium in Polonia co[n]tra Regem
sermonibus de Ioanne Lasco Nobili Polono: de miraculis quibusdam
Eucharistiae: & de falso praedicantis cujusdam miraculo

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

Junta Gallia ad mare illud sita, Hispaniarum Regi tradere, Belgio compensationis loco acceptor; sique totum mare Mediterraneum in Hispaniarum regis potestate futurum fuisset. Hugonotis & Lutheranis ipsorum confederatis excisis, certum esse, Papam, Imperatorem, alioque Reges & Principes Christianos coniunctis viribus Turcarum Imperium aggressuros. Utilem etiam ad id Turcarum Imperatori Hugonotarum fore confederationem, ut quandocumque libuerit, pacem cum Romanorum rege factam sub honesto praetextu possit rumpere; tumque ipsos Germanie quietem perurbaturos, ac vires facile distracturos. Si in rem Imperatoris id fore videatur.

At Bassa non sine risu & ludibrio adhuc excepta, per interpretem respondit: Iam videre se, à Gallia regenon legatum vel Oratorem qui negotia ipsius tractaret, sed proditorem missum. Hugonotarum multo viliorem esse conditionem, quam ut cum totius orbis terrarum potentissimo Principe communifederi adscribantur. Tuto illis fidem haberi non posse, qui in suum ipsorum regem perfidisint & proditores. Ottomanorum consuetudinem esse cum Regibus & Principibus, non cum manciis & perfidis ratione que contrahere, nec proditorie & perfide, sed bello aperio rem gerere. Domino suo facile esse, quandocumque velit, Hugonotarillos ad officium reducere, nisi victoriam de proditoribus & rebellibus par tam sibi honorificam existimaret. Atque hac quidem cum omni populo Constantinopolitano in ore tum fuerūt, cum magna Turcarum & Bassi in primis laude, Galorum levitatem plenisque virtutibus.

Hæc ille, quibus capiti huic finem imponam. Inter ea vos qui Christiani Reformati audite vultis; ne post haec quoso, Turcas Papistis copulate, neve Mahometistas Romanos nos appellate; sic enim efficietis, ut neque nos, qui Catholici sumus & dicimus, vestram religionem cum Mahometana comparemus. Mahometana enim hæresis inter Christianos è Monachi cerebro nata, vti & vestra, & armis se habet sustentata, vti & vestra, Christianæ Reipublicæ tantum non ruinam & exitium attulit, vti & vestra. Quod si omnes Tragediae ab utroque ex citatae Actus in scenam producere vellem, verendum mihi esset, ne lectoris animum & tam crudelium spectaculorum immunitate defatigarem, & à praescripto longius discederem. Quare ad semitam redeamus, Oppilato ore eorum qui ad semitam instituta n sedentes Calumnijs suis hoc se esse demonstrant, quod de alijs mentiri non eru- bescunt.

DE SEDITIOSIS PRÆDICANTUM in Polonia contra Regem sermonibus: De Ioanne Lasco nobili Polono: de miraculis quibusdam Eucharistie: & de falso Prædicantis cuiusdam miraculo.

CAPUT X.

ARGUMENTVM.

- I. Predicantes in Polonia Regem suum criminantur, quinibiles eorum calumnias faciens, fores ad austendum aperuit.
- II. De Ioanne Laco nobili Polono, Caluinistarum antisignante.
- III. Miraculum circa Eucharistiam in Polonia factum.
- IV. Falsa Polychrony cuiusdam Prædicantis miracula.

I. **Q**uod quamque diuersæ in Poloniæ sextæ irrepserint, ex ijs quæ superius dicta sunt, patet. Caussam vero nonnulli regis Sigismundi Augusti facilitati & dissimulationi, aut forte etiam hypocrisi adscribunt. Vulgatum est, sed verisimum illud:

*Principijs obsta: sero medicina paratur
Quum mala per longas inualuere moras.*

Neque enim Regem latebat, noui Euangelij Prædicantes in conuentu Petriconensi Anno M. D. LXIV. habito, aperte dicere ausos. Nullum se habere aut agnoscere regem nisi Iesum Christum, illum spiritus pro salute hominum coronatum regem. Stancarus in Præfatione libri cuiusdam aperte præ se fecit, si rex in eam quam desiderent reformationem consentire nolit. Nobis ita tamen nihilominus penes quam arma sint & regni vires. Sarvana imperio valedicturam, & Christi regno se adiuncturam. Singulus mandatum à Deo est, ut licet fremente toto Mundo, ipsi magis obedient quam hominibus. Reges nihil aliud esse quam Dei vicarios, &c. Sic Nouill'i Christiani Principibus suis superbissime insultabant; adeoque in diuersis locis multa crudeliter & furioso patrabant, vt ex ijs quæ Petrus Scarga & Rescius collegerunt pater: quorum hic

h^oc testatur, Nobilem quendam hæreticum ad exsatiationem sibi suam sacerdotem quendam non procul à VVarfonia cruci affixisse. Quamvis autem regem non laceret quæ quum hæretici alibi, tum præcipue Georgius Paullus in Polonia, & Volanus in Lithuania ad populum nouarum rerum studio & seditione ioflaminandum moliterur, nihilo tamen commotior sat is habuit pro sua persona in Catholicæ Ecclesiæ permanere obedientia, interim nemini ullum religionis causa negotium facessens, sed pacem omnibus iadulgens. Sic pestilens hæreses morbus longe lateque prorepit,

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet omnia poscens.

II. Ioannes Lascus nobilis Polonus, qui ex Anglia, vbi haec tenus delituerat, Maria regno admota profugerat, unus ex præcipuis fuit qui Calvinismum in Polonia proseminarunt, adductis secum Anglis quibusdam itidem fugitiis. Huius fratrem Hieronymum à Lasco nos Anno M. D. LXXIII, vidimus, inter eos, qui vt Henricum Ducecum Andegauensem ad Poloniæ capessendum regnum acceperent venerant, Legatos. Et de Ioannis quidem ab incunte ætate bonis litteris imbuti doctrina magna erat existimatio, qua ille fratus, inter tot tamque diuersas doctrinas, quæ cum à varijs auctoribus in Polonia circumferabantur, Zuinglianisum tandem volut cerebri sui commentis optime congruentem, cui adhæresceret, elegit: sed quum leges quæ acerrime in eos qui à Catholica deficiente Ecclesia ad Nouas sectas transibant, vindicabant, metueret, in Germaniam primum, deinde in Angliam profugit, vbi Eduardo puro rege, Sacramentariorum secta vigebat: quo defuncto, & Maria in regnum surrogata, Lascus vt & reliqui exsules hæretici proscripti sunt, qui inde Valedicto suis in perfidia fratribus, duabus nauibus in Daniam traiecerunt, vbi spe fundandas suæ Ecclesia frustrati, tentato etiam frustra in Saxoniam inferiori siue Vandalicis ciuitatibus adiuto, tandem Embdam Orientalis Frisiae urbein primariam appulerunt. Annæ coniugis commendatione à Comite & Senatu receptis: vbi postea fluctuans hæc & diu errans Ecclesia aliquantulum conqueuit, immo altas egit radices. Lascus inde patriæ vilendæ desiderio, in Poloniæ redit, ex itinere VVitenbergæ cum Philippo Melanchthon colloquatus; atque ex eo tempore veram religio-

nem, inquit Beza, id est, Calvinismum Polonis annunciauit, vsque ad annum M. D. LX, quo è viuis decellit. Felix, inquit idem Beza, quod horribiles illas tempestates Arrianismi, Tritheismi, & aliarum hæreseon quæ ibi postea inuulnerunt, euitavit. Discipulos vero reliquit nos paucos, in eadem schola educatos, qui eandem doctrinam magnis conatibus propagarunt, Christopherum Thretium, Paulum Lascum, alios, qui è diuersis locis & diuersas obcausas ad ealocatamquam adasylum confugent. Nihilvero Polonorum conscientias magis perturbavit quam desiderium. Cœnz Dominice sub utraque specie sumendas; licet diuinitus ipsis Anno M. D. LVI. tale ipsis ostensum eslet miraculum, quod merito etiam obstinatiissimorum hominum incredulitatí, nisi eorum animi à maligno obsecsi fuissent spiritu, remedium afferre debuisset. Id quamvis à pluribus scriptoribus proditum sit, hoc loco tamen citra legendum fastidium repeti posse arbitror. Interim illud Catholicus lector obseruabit, quemadmodum tempore Saluatoris nostri Iesu Christi plures fuerunt dæmoniaci, quam toto fete illo tempore quo durauit Iudeorum Synagoga; sic & cœlo illo Sacramento plura via fuisse miracula, quæ circa SS. Eucharistia sacramentum contigerunt, quam vlo retro, à nato usque Saluatore. Miraculum vero illud sic habet.

III. Pauper quadam & simplex femina, Dorothaea nomine, Iudei cuiusdam in oppido Sackazeth familiaritate diu uia, ab ipsis rogata fuit, ut si quando altare accederet Eucharistia sumenda gratia, panem consecratum ore exemplum clam in sudario abscenderet, & ad se deferret: tres thaleros & vestem holoserico simbriatam mercenari loco ipsis pollicitis. Facit infelix quod iussa erat, & Corpus Christi Domini in vigilia Paschatis in pago Cottoz à se receperunt, & deinde clam absconditum, sequenti die Mercurij Iudei illi portavat, cum quo tres alij erant, Michalech, Sachan & Iosephus; qui mox illud in Synagogam delatum pugionibus confondant. Quid sit: Ex istib[us] copiosus promanat sanguis, quem illi in vitrum collectum afferuarunt.

(O rem nefariam & abominandam! Vide, quæ solementissimorum hominum furorem: vide etiam præsentem Dei vltionem, qui quam grauiter contumelias huic SS. Sacramento illatas ferat, innumeris fere exemplis ostendit.) Simile Anno M. D. CXCII. Odobris Sternbachij eueniisse, anctor Registri Mundi scribit; vbi Eleazar & alij Iudei hoffnati, culstro eos fixerunt, cuint mucro cruentus

Aaa

etiam

etiam linteum quo illuminauerant, cruentauit. Quo
nefario & impio facinore detecto, Iudei illi omnes visi
cremari sunt. Hoc sane miraculum non multum
dissimile est ei quod Sanctus Athanasius de Iudeis
quibusdam refert, qui quem Iesum Christum in
imagine sua rufus vellent crucifigere, ad iustus
quos eidem infixerant, sanguinem videre copiose
profundentes. Sed ut ad primum nostrum re-
deamus miraculum, Re patesfacta, & coram Rege, qui
Vilna tumerat in Lithuania, certe testimonij probata,
rex nihilominus diligenter amplius inquiret, & secundum
comporta, in reos lege agi iussit. Denou igitur re coram
iudicibus ventilata, atque ita oculis subiecta ut negari
non posset, nefaria illa sacrilega & unacum sceleratissima
Iudea seria exta ante Festum Ascensionis Domini, ul-
tricibus flammam absumpta fuit, eodemque supplicio se-
quenti die omnes Iudei qui in Synagoga fuerant, sunt af-
fecti Anno 556. Quis vero dubitet hoc miraculo
Deum Polonis illis Calice in Contra Dominicam
communione tanta contentione flagitantibus, o-
steadere voluisse, quin corpus extra sepulchrum
ab anima, sanguine & divina natura nequaquam
separatum sit, carnem leu Christi, quam in sacra
communione sumimus, mortuam & exsanguem
non esse sed sancto sanguine, quem bibere deside-
rant, plenissimam, a se recipi, ut cum manducant
carnem, & que bibant ac manducant, quemadmo-
dum intritum ex alveolo Abacuc Prophet & Daniel
sumens in lacu, & edebat & bibebat.

IV. Miraculum hoc tam illustre quam postea
Nouorum illorum Prædicantium oculis à Catho-
licis opponetur, quidam inter eos Cracoviæ
conclaves habere solitus, tantam claritatem non
ferens, contumaciter obfuscare voluit miraculo, eo-
que hominem rusticum Matthäum nomine, pagi
Biesbagensis colonum, exigua pecunia conductum sub-
ornauit, ut mortuum se simularet. Quia ille conditione
accepta, in secrum impositus, & ad epuleum delatus
est sequente sinuis uxore & eto domesticorum grege, cum
multo ploratu. Ibi quasi forte forsuna aduentens Poly-
chromius (hoc enim nomen historia tribuit) ad templis fo-
res funeris sisti iubet, & sermone ad populum de Euangelij
quod ipsi annunciatet veritate habito: O Deus, inquit,
omnipotens, sana obsecro manu tua omnipotente incredu-
litatem huius populi: & ad corroborationem veritatis,
quoniam populo huic annuncio exsuffita, quas, mortuum
bene, re qui Lazarum à mortuo resuscitasti. Deinde
mortuum inclamans. Mattheia, inquit, prodit, surge
Mattheia. At vero ille, quod dicitur, mortuo non iam ca-
nabat. Aperte enim fandapila. Mattheias vero mortuus

est repertus. Tunc uxor lamentari, Dei & hominum-
que opem implorare, & homicidam prædicantem dete-
stari atque execrari, tam denique rem omnibus enar-
rare, dolore vocem veritatis indicem exprimente. Testis
huius retrogradi miraculi fuit Dominicanus qui-
dam Religiosus, qui eodem die in oppidum vene-
rat, in Russiam inde proficere; vi Rescius, Lin-
danus & Alanus Copus in Dialogis suis testantur.
Et sicuti miraculum hoc novos Evangelicos val-
de infamauit; ita aliud quod anno M. D. LXXIX.
Cracoviæ evenit, Catholicam fidem plurimum
confirmauit, Quam enim in solenni processione Eucha-
ristia & Sacramentum circumferretur, futoris cuiusdam
Arriani uxoris fenestra prespiciens exclamauit: Ecce
qualem ursum Papist portant & adorant. Vix inde in
cubiculum digressum diabolus arripit, tandem post hor-
ribiles ululatus, cruciatus & blasphemias, infelictem ani-
mam in mariti complexu exhalantem. Huius rei tora
ciuitas Cracoviensis, primaria regni viris, testis
est, ut Rescius scribit. En tibi a daciam & furo-
rem haereticorum! En Dei iustitiam, iniurias suas
etiam his saepe vlciscunt! Eo vsque vero illorum
progressa erat insolentia, ut sacerdotem quandam a-
lio colore accersitum, cogere voluerint, ut Eucharistia
Sacramentum porco fascis involuto, tamquam ego in
obscuro loco decumbens porrigeret: quia tamen animad-
uersa fraude, moripotius quam tam nefarium facinus
admireretur. Hoc quidem in oppido quedam
Prussia Nitich nomine, accidisse memorant. Mul-
ta alia his similia omitto, ab haereticis, illis in lo-
cis ad Catholicam vexandam & opprimendam re-
ligionem, non mihi, quam quæ dicta suæ, flagi-
tiose perpetrata.

QVIBVS RATIONIBVS CATHO- lica in Poloniæ regno conseruata sic religio.

CAPUT XI.

ARGUMENTVM;

- I. Quorundam Polonia Episcoporum conatus.
- II. Ecclesiastici status in Polonia opulentia & digni-
tas.
- III. Memorabile Philippi Augusti Francie regis re-
sponsum.
- IV. Palatini Podolia ad Catholicam fidem conuersio.

I. Kar.